2 Per exceptionem autē deducitur crimen in iudicium duobus modis, ſcilicet ciuiliter, & criminaliter. Ciuiliter, puta quādo excipio de crimine contra teſtē, vel contra inſtrumentū, et peto, nullā fidem ei adhiberi. Dicitur autē hoc caſu procedi per viam exceptionis ciuiliter, quia ſuper huiuſmodi proceſſu nō poteſt ſequi ſententia criminalis, etiam quod conſtet de delicto,[d] ſed tantū ſententia ciuilis, vt teſtis repellatur à teſtimonio tanquā criminoſus vel inſtrumentum non tanquam ſuſpectum de falſo, & idem in omnibus, & per omnia hoc iudiciū reputatur ciuile, & ad inſtar iudiciorū ciuilium in eo proceditur, vt dixi infra li. 7. §. exceptio. Nec poteſt iudex talem teſtem, ēt ſi ſit de crimine conuictus, punire pœna ordinaria, neq; extraordinaria, ſecūdum magis communiter Doctor. vt dicit Boſſ. in tit. quomodo procedatur per exceptiones, n. 2. Bene verum eſt, quòd ſi ex probationibus factis ſuper hac exceptione appareat de delicto, poterit iudex criminaliter procedere, & inquirere contra delinquentem prout etiam dixi ſupra verſ. vnum tamen, quando delictum per viam actionis ciuilis fuit deductum in iudicium. Et ex hac noua inquiſitione, & nouo proceſſu poterit reus criminaliter puniri. Et ita obſeruare, vt dicit Bart. in l. 2. §. ſi publico, n. 20. de adult. Vide, quæ dixi infr. verſ. Vltimò non eſt. An autē probationes factæ in hoc iudicio ciuili exceptionis faciant fidē in iudicio criminali, recurrēdum pariter eſt ad ea, quæ dixi infra in d. q. 54.

3 Criminaliter autem agitur via exceptionis, quando quis excipiendo, puta cōtra teſtes, petit illis tamquam falſis nullam fidē adhiberi, præterea que eos de falſo puniri. Et hoc quidem caſu ita excipiens dicitur aſſumere partes accuſatoris. Et perinde proceditur contra ipſos teſtes, ac ſi fuiſſent accuſati, ſeu querelati de falſo; & poteſt contra eos ferri ſententia condemnatoria criminalis: & iudicium ipſū quamuis a principio fuerit ciuile, efficitur criminale, & in eo proceditur in omnibus, & per omnia ad inſtar criminalium iudiciorum.

Hinc infertur, quod ſicut in iudicijs criminalib. in quibus vſq; ab initio proceditur per accuſationem, vel inquiſitionem, requiritur, quod in ipſa accuſatione, vel inquiſitione exprimatur dies, & annus, & locus cōmiſſi delicti, pariter etiam eadem ſunt exprimenda, quando propoſitus crimen per viam huiuſmodi criminalis exceptionis, vt dixi ſupra[e] q. 12. ver. adde ꝙ.

Item ſicut in iudicijs criminalibus non poteſt regulariter procurator interuenire, quando ceptum eſt agi via accuſationis, vel inquiſitionis, ita nec etiam quādo agitur hac via exceptionis criminaliter intentatæ, vt dixi infr. q. 32. verſ. tu ſcis, quod in cauſis.

Et breuiter dic, quod ea omnia quæ, ſeruantur in iudicio accuſationis, ſeruanda ſūt in hoc iudicio exceptionis criminalis, quia (vt dixi) talis exceptio, quæ tendit ad puniendum, æquiparatur accuſationi.

4 Vltimò[f] non eſt omittendū, quod alio etiam modo deducitur crimē in iudicio abſque accuſatione, vel exceptione, quando ſcilicet pars, ſeu teſtis incidenter cōfitetur ſe aliquo delictum perpetraſſe, prout de facto quandoque vidi contingere. Et hoc quidem caſu ſcias, quod talis confeſſio[g] incidenter facta non nocet confitenti, quò ad hoc, vt poſſet ex ea puniri: operatur tamen, vt ea aperiatur via iudici ad inquirendū ſuper ipſo crimine confeſſo, abſq; vlla partis querela. Et eo caſu debet iudex incohare nouum proceſſum ſuper illa cōfeſſione, & dare ſuas defenſiones reo, & alia facere, quæ in proceſſibus criminalib. requirūtur, ita dixit Bar. in l. ſi cōfeſſus, circa fi. ff. de cuſt. reorū, & in d. l. 2. ſi publico n. 20. ff. de adult. Vbi ēt dicit, ꝙ ita obſeruatur, prout illū refert Boſſ. in ti. quomodo procedatur per except. n. 4. ego ēt ſupra retuli, ver. per exceptionē. Et ita in facti cōtingētia fuit iudicatū per conſ. Neap. teſte Afflict. deciſ. 176. quadā mulier: quē refert Foll. in pract. cri. fol. 2. 76.[h] n. 31.

d *Sed tantum ſententia ciuilis.*] Oportet ergo fabricare nouum proceſſum ſpecialem contra talem teſtem inquirendo; poſtquam ciuilis proceſſus aperuit tantum viā iudici ad inquirendū, ſuper q. 5. verſ. Poterit igitur; & de fabricando nouo proceſſu infra q. 32. verſ. dixi etiam; & dixi etiam; & hic nota, quod tunc ſemper dicitur cauſa ciuilis, quando excipitur tantū, ſed non fit inſtantia, vt cōdemnetur, vt puta de falſo; ſin autē diceretur, & inſtaretur ad officij priuationem tantum, hoc idē eſſet, uide ad hoc Marāt. par. 4. in princ. n. 22. cum ſeqq. ſed an excipiēdo, ſi quis excipiat crimen, puta falſi, & non probet, puniri poſſit, ſaltem actione iniuriarū, ꝙ ſic, ut. Io. de Anan. inter conſil. crim. diuerſ. coſ. 40. per totum, maximè num. 10. vol. 1. Quid tamen ſeruetur in pract. vide infr. q. 53. ver. caueant tamen. *Drogh.*

e *Quæſtione 12. verſ. Adde quod.*) Adde hoc idem eſſe in d. q. 12. verſ. Dixi etiam. *Drogh.*

f *Vltimo non eſt omittendum.*) Adde, quod hoc procedit, quando confitenti delictum incidenter non fuit datus terminus ad defendendum contra eius confeſſionem, ſecus uerò quando defenſiones habuiſſet, uel eas feciſſet, quia tunc abſque nouo proceſſu poterit pœna ordinaria puniri, & ita deciſum fuit per ſacrum Conſilium, vt atteſtatur D. Vinc. Franch. in deciſ. 240. nu. 13. vol. 2. ubi dicit, ꝙ Afflict. ita loquitur in deciſ. 176. hic allegata, & dicit etiam, quòd quando tela iudicij eſt ordinata contra eum, cōtra quem, conſtat etiam incidenter de aliquo delicto, quòd ſit annexum principali delicto, debet puniri pœna ordinaria, ſine nouo proceſſu, & ad hoc allegatur Felyn. in c. 1. n. 1. & 4. de except. & Luc. de Pen. in l. 1. num 13. C. de numer. actuar. lib. 12. & quod de confeſſione incidenter facta in iudicio ciuili, Bero. in c. qualiter, & quando, nu. 9. de accuſat. Item adde, quod licet confeſſio incidenter facta non ſufficiat ad pœnā ordinariam, niſi incipiatur nouus proceſſus, fallit tamen ſi confeſſio facta tangeret habilitatem, vel inhabilitatem perſonæ: nam tunc dicta confeſſio quatenus inficit perſonā ſequitur eam quocūque ſe uertit, ſicut infamia, & lepra leproſum: ita tradit Afflict. in conſtit. Regni Blaſphemantibus, nu. 3. *Baiard.*

g *Confeſſio incidenter facta.*) Hoc intellige ante informationes ſūptas modo, quo ſup. q. 6. verſ. ſucceſſiuè quæro; poſt informationes verò, ſi reus incidenter cōfiteatur, utique cōdemnatur: ſed quæ ſit ratio; cur confeſſio ſic incidenter prolata, non ſufficiat, niſi ad inquirēdū, ut hic; confeſſio autē nulla extorta indicijs nō præcedentibus, ſi ſpontè facta ſit, ad condemnandum ſufficiat, ut infra q. 55. quomodo autem, ad fi. uerſ. Itē poſſet, & uerſ. confeſſio cū ſeq. cogita; quia non ſatis percipio rationem differentiæ; nā ante informationes ſumpras, & indicijs non præcedentibus, idem importare videntur; niſi dicas, ꝙ ſtent inſimul informationes ſumere, & indicia non habere. Quod nihilo minus eſt abſonum, melius eſt enim non ſcribere tunc, quā membranas occupare: Nota tamen,
4 quòd confeſſio † extorta nullis præcedentibus indicijs ſemper reuocari poteſt, tanquam metu facta quod eſt huic dicto contrarium: quia tunc non præſumitur ſpontè facta; Boſſ. tit. de carcer. nu. 22. ergo nunquam dicetur ſpontè facta. *Drog.*

h *Num. 31.*) In uerb. & etſi confitebuntur in ea parte, in qua tractat de confeſſ. iudic. *Roſ.*





# QVAEST. XX.

## Quæ ſint genera indiciorum.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 Indiciorum gradus qui ſint.
2 Et quæ indicia ſufficiant ad inquirendum.
3 Et quæ ad inquiſitionem formandam.
4 Et quæ ad torturam.
5 Et quæ ad condemnationem.
6 Et an ex indicijs, vel præſumptionibus quis poſſit in pœnam corporalem condemnari.
7 Et quid in crimine aſſaſſinij, hæreſis, & ſimoniæ.
8 Et quid ſi præſumptio ſit poſita à lege.

Ex Additionibus.

1 Indicium, argumentum, præſumptio, ſuſpicio, coniectura, & fictio quid ſint, remiſſiuè.
2 Indicium vnde dicatur, quotuplex ſit, & quomodo probetur maleficio, proximum, vel remotum, remiſſ. & num. 4.
3 Indicia magna qualiter diſtinguantur à leuibus, remiſſiuè.
4 Credulitatis quattuor gradus ad ſciendum ea, quæ ſunt facti tranſeuntis, num. eod.
Iudex habet varios gradus inueſtigabiles, ac tres motus animi, num. eod.
Suſpicio, & præſumptio quid ſit. num. eod.
*5 Indicia nuuquam dicuntur veræ probationes.
*6 Præſumptio ſuper quo verſetur.
*7 Crimen quomodo probari debeat.
5 Indicia legitima ad formandam inquiſitionem remittuntur arbitrio iudicis.
6 Indicia ad torturam ſufficientia quæ ſint.
7 Mortem alterius aſſeuerans ante veriſimilem notitiam præſumitur conſcius.
8 Litterarum acceptio cū taciturnitate ſuper ſuſpicione criminis contra accipientem an faciat indicium ad torturam.
9 Indicia indubitata quæ ſint.
10 Condemnatio an ſequi poſſit ex indicijs, vel præſumptionibus, & quæ.
11 Et quid ſi hinc inde adſint præſumptiones, remiſſiuè.
12 Et qualiter præſumptio, vel coniectura à duobus conteſtibus eſt probanda.
13 Et an tortus, & nihil confeſſus poſſit condemnari.
14 Indicia ſufficientia ad condemnationem, quæ ſint remiſſiuè.
15 Iudex habens à ſtatuto liberum arbitrium inquirendi, et puniendi maleficia quid agere poſſit, remiſſiuè.
*16 Sententia lata ex iuris præſumptione non tranſit in rem iudicatam.

---

### ADDITIONES.

Ad Quæſt. XX.

a *Conſtito de delicto.*] Indicium quid ſit, & quotuplex, & plura alia Far. vol. 4. crim. q 36. num. 7.
De præſumptione numer. 67.
Suſpicione, nu. 91.
Coniecturis, nu. 152.
Argumentis, nu. 192.
Signo, num. 208.
Adminiculo, nu 213.
Opinione, num. 193.
Dubitatione, nu 197.
Fictione, nu 135.
Probatione, num. 4.
Et in quibus cōueniant, vel differant. *Roſ.*

b *Non poteſt dari certa doctrina.*] Vide tamē de triginta octo indicijs, per Carrer. in ſua pract. crim. & de indicijs plenè vi. per Iac. Nouel. in practic. & theor. cri. in 1. & 2. Rub. & per Blan. de indi. & per Boſſ. de indi. & conſ. ante tort. *Giach.*

*Non poteſt dari certa doctrina.*) Farin. q. 37. nu. 192. vol. 2. *Roſ.*

c *Arbitrio boni viri.*) Adde quis ſit bonus vir, Neguſ. tractat. de pign. 4. par. in princip. num. 2. *Drog.*

1 d *Nihilominus vt materia.*) Adde, † quid ſit indicium argumentum, præſumptio, ſuſpicio, coniectura, fictio: vnde dicatur indicium quotuplex ſit, & quomodò probetur indicium proximum maleficio, & quomodo remotum, Carrer. in practic. crim. fol. 74. & 75 num. 106. & quomodò diſtinguantur magna indicia à leuibus, vide Bald. in l non hoc, in fin. C. unde cogn. & quando dicatur indicium proximum, & quādo remo-
2 tum, † Ioſeph. Ludou. in ſuis concl. cōm. concl. 45. & Oſaſc. deciſ. 79. nu. 15. ſed de prædict. ad ſaturitatem habetur per excellentiſs. D. Petrum An. in ſuo celeberrimo tracta. de fideicommiſſ. q. 9. nu. 123. cum ſeq. vide etiam Maſcard de prob. concl. 15. & Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 7. Et Bart. in l. admonēdi, colum. tertia, verſ. hoc præmiſſo, ff de iure iuran. dat unam ſingularem doctrinam ad ſciendum ea, quæ ſunt facti tranſeuntis, uidelicet per credulitatem per quattuor gradus. Primo cum Iudici res proponitur per actorem, & per reum, negatur, tunc inducitur animus iudicis ad dubitandum, quia neſcit, ubi applicet animum ſuum, an ad unam partem, uel ad aliā: poſt dubitationem, poteſt Iudex inclinare animū ſuū ad aliquam partium, ex leui indicio, uel leui argumentatione, & iſta dicitur ſuſpicio, quæ mouet animum iudicis, non tamen in totum remouet dubietatem, & hic eſt primus gradus probationis, ſiue credulitatis, quia iā incipit animus iudicis adhærere uni parti, licet remaneat dubius: poſt autē iſtam ſuſpicionem, ſi iudici apparent argumenta fortiora, tunc iudex incipit opinari, tamen adhuc dubitat, nè ſit contrarium modicum tamen dubiū remanet, & iſta uocatur opinio: poſt iſtam opinionem ſi iudici apparet, tantum quòd firmiter adhæreat una parti, tūc dicitur perfecta credulitas, ut ibi latius per eum, & Bald. in rubr. de contr. inueſt. dicit, quod certi ſunt gradus inueſtigabiles, uidelicet gradus informationis, gradus hominis præſumptionis legis, gradus præſumptionis legis, gradus uehementis adminiculationis, gradus ſemiplenæ probationis, & gradus indubitatæ ſcientiæ, & probationis, & ſubdit ibi circa fin. quòd tres ſunt animi iudicis motus, uidelicet impulſiuus, ſiue ſuſpicans; præſumptiuus, ſiue inclinatio uehemens, ſeu impreſſiuus; & c arus, ſiue plenariè informatus: primus uidelicet ad inquirendum, &c. ut ibi per eum, qui etiam dicit in l. ea quidem, col. 1. de accuſatio. quòd ſuſpicio eſt aliqua applicatio animi ad aliquid cum uehementi dubitatione, & præſumptio hominis eſt quidam cōceptus cauſatus in mēte ab aliqua probabili coniectura. *Baiard.*

### QVÆST. XX.

1 Conſtito[a] de delicto, iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra, quæſtione quarta, ſolēt iudices recipere informationes, ſiue indicia contra delinquentem. Conueniens igitur eſt, vt de ipſis indicijs videamus. Repetenda tamen ſunt hoc loco ea, quæ in hoc propoſito dicta ſunt ſupra, q. 5. ver. poterit igitur, quòd ſcilicet iudices ad indicia aſſumenda duobus modis procedunt. Nā quando non eſt certus delinquens, procedunt inquirendo generaliter, quando verò eſt certus delinquens, procedunt inquirendo, ſiue aſſumendo indicia ſpecialiter contra eum, vt ibi declarauit. Hoc præuio ſcire debes, quòd ſecundum omnes in materia indiciorum[b] non poteſt dari certa doctrina, ſed totum relinquitur arbritrio boni viri[c] indicijs, qui ſecundum qualitatem perſonæ, & delicti, & demoſtrationum, ſeu ſuſpicionum iudicabit indicium eſſe ſufficiens, vel non. Et ita dicunt Doctores, vt atteſtatur Ang. de malef. in verbo, Fama publica, num. 9. dicit etiam Pract. Caſoni, fol. 14. num. 2. quòd ita dicunt omnes.[d] Nihilominus vt materia ipſa diſtinguendo clarior reddatur, dico ego tres

e *Indiciorum.*] Item indicium, quid argumentum, præſumptio, ſuſpicio, coniecturæ, fictio. Item vnde dicatur indicium qualiter probetur, & quotuplex, vide per pract. Carrer. pag. mihi 74.75. poſt nu. 106. vbi etiam habes quomodo debeat probari indicium proximum maleficio, & quomodo indicium remotum à maleficio. *Giach.*

f *Grauiſſima.*] Far. in q.36. nu.49. & 53. *Roſ.*

g *Suſpiciones, præſumptiones, & indicia.*] Adde Blanc. in repet. l. fin. ſub n.50. & 252. ff. de quæſt. inf. q.94. in princ. & de diuerſis nominib. ſimilium vide Abb. in c. veſtra, nu. 10. in fin. de cohabi. mul. & cle. videl. fama, rumor indicium, argumentum, ſuſpicio, opinio, credulitas, præſumptio notoriũ. Et aduerte, quòd licet hic dicatur indicia grauiſſima eſſe quaſi plena probatio: tamen nunquã ali-
*5 qua indicia † verè dici poſſunt probationes, ſed modi, ex quibus, vel examinando teſtes, vel torquendo, vel aliter procedendo, deuenimus ad dictas probationes, ita, & melius iudicio meo, quã hic, diſtinctxit Menoch. dict. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 235. nu. 29. Tres tamen ſunt indiciorum ſpecies; Neceſſarium, quòd appellant, & de hoc dici poteſt, vt per Clar. hic, quòd videl. ſic quaſi plena probatio; veriſimile, & non repugnas, de quibus habetur d. tract. de arb. iud. libr. 2. cẽt. 3. caſ. 279. & caſ. 394. nu. 54. & 55. verũ tamen vbi etiã ex præſumptionibus, & indicijs neceſſarijs proceditur, nunquam tales probationes erũt ad condemnationem criminalem ſufficientes: ſunt enim magis modi, vt dixi ſupra, Menoch. d. tractat. lib. 2. centur. 4. caſ. 362. ſub nu. 19. cum ſeq. ratio eſt in promptu, cum præ-
*6 ſumptio † verſetur ſuper eo, quod incertũ eſt; Iaſ. in §. fuerat, ſub num. 55. inſtit de act. Aliquãdo tamen ſciri, & cognoſci aliquid dicitur, per vehemẽtem ſuſpicionem contrariantem ſubſtantiæ veritatis, & hinc eſt, quòd dixit grauiſſima indicia ſufficere ad condemnationem; Ad hoc vide Felinum in cap. cũ contingat, coll. mihi 5. de reſcript. & in cap. conſultationibus in princ de offic. deleg. Vide ſuper his, & vnoquoque eorũ Petr. Anton. Petram tractat. de fideicom. prohibit. q.9. ſub nu. 64. ibi, quarum prima eſt, ubi ad ſaturitatem. *Drogh.*

*eſſe gradus [e] indiciorum: Aliqua enim ſunt leuia, aliqua grauia, & aliqua grauiſſima. Leuia ſufficiunt ad capturam, non tamen, vt ſtatim debeat reus examinari ſuper delicto, ita vt eius nomen recipiatur inter reos, ſed vt tollatur ius facultas fugiendi, iuxta ea, quæ dixi infr. q. 38. circa princip. Sufficiunt etiam ad inquirendum, id eſt, ad aſſumendas ex officio informationes contra aliquem de delicto, non tamen ad illi tranſmittendam inquiſitionem, vel citationem. Et huiuſmodi indicia, ſi non ſint multum vrgentia, ego puto recte appellari poſſe ſuſpiciones, ſi verò magis vrgeant, crederem poſſe dici præſumptiones, ſiue argumenta. Grauia ſufficiunt ad traſmittendam inquiſitionem reo abſenti, vel ſi ſit captus, ad examinandum eum ſuper delicto tanquam reum, & etiam ad torturam. Et hoc ego credo propriè in hac materia appellari poſſe indiciũ, quod ſcilicet ſit pluſquam ſimplex præſumptio, et minus quam ſemiplena probatio. Et de hoc loquitur, in propoſito torturæ Glo. in l. cũ probatio, in Glo. 1. ff. de probat. Et idem etiã tenent Doctor. communiter omnes, teſte Corn. conſ. 101. in littera L, libr. 2. Grauiſſima verò ſufficium etiam ad condemnationem. Et hæc proculdubio debent eſſe non modo pluſquam ſemiplena probatio, ſed etiã quaſi plena probatio. Et ſic habes in hac materia [g] ſuſpiciones, præſumptiones, indicia, ſemiplenam probationem, & pluſquam ſemiplenam probotionem. Et in hac breui diſtinctione vna cum exemplis inferius poſitis, facile poterit quilibet iudex intelligere, quomodo in quocunque caſu procedere debeat præſuppoſita tamen ſemper ſupradicta concluſione, quæ per omnes Doctores traditur, quod in hac materia indiciorum [h] non poteſt dari certa regula, ſed multum iudicis arbritrio committitur.*

*Ad inquirendum igitur,*
2 *id eſt, ad aſſumendas informationes ſuper delicto, dixi ſufficere leuia indicia, ſufficit [k] enim aliqua probabilis ſuſpicio, propter quam iudex rationabiliter credat delictum ab eo commiſſum fuiſſe, contra quem inquirere intendit, vt dicit Sal. in l. ea quidem, num. 41. C. de accuſ. Et cum eo concordat communis practica, vt atteſtatur Marian. in repe. cap. qualiter, & quando, poſt nnm. 108. de accuſ. quem refert Boſſ. in titul. de inquiſit. num. 8. Et poteſt poni exemplum in dicto, ſeu aſſertione morientis, vt dixi infra q. proxima, verſ. aſſertio vulnerati: Item in graui inimicitia, vt dixi in ead. q. verſic. Inimicitia: Item fama, vt dixi ſupra q. 6. circa princ. Hæc eadem ſufficiunt etiam ad capturam, iudicis tamen arbritrio, iuxta ea, quę dixi in allegata quæſtione 28. circa principium conſiderata facti, & perſonarum qualitate.*

*Ad formandam, ſeu trãſmittendam inquiſitionem contra aliquem, ideſt ad eum citandum pro delicto, de quo imputatur, omnes Doctores concludunt, quod omnino neceſſe eſt, vt [m] præcedant legitima indicia. Et ita generalis conſuetudo interpretatur, vt dicit Fulg. conſ. 175. poſt numer. 1. Et ideò malo faciunt iudices, qui nulla fama, vel indicijs præcedentibus, formant inqui-*

h *Non poteſt dari certa regula.*] Et hoc communiter Doctores, & benè etiam dicit Bart. in l. fin. ff. de quæſtionib. ſub num. 5. ſequuntur alij poſteriores, quos citat pract. Carrer. pagin. mihi 76. columna 2. vbi etiam ſubiungit, quòd licet indicia arbitraria ſint, tamen ſemper debet arbitrari taliter, vt inclinet in mitiorem partẽ. Item indicia arbitraria licet ſint non tamen iudex paſſim ex quolibet indicio arbitrabitur ad torquendum: ſed talia eſſe debent indicia, quæ de iure ſubſiſtant, & à iure approbentur, & non aliter, & ponit exempla, & latè comprobat iſtam ſententiam. Item iudicium à iure approbatum. Itẽ quando ex teſtibus ſingularib. & ex pluribus probationibus ſemiplenis torqueri quis debeat. vide ibi. nu. ſeq. *Giach.*

i *Ad inquirendum.*] Indicia ad inquirendum, ideſt informationes aſſumẽdas, quę ſufficiant. Farina. in d. q.36. n.51. *Roſ.*

k *Sufficit enim aliqua probabilis ſuſpicio.*] Caſus tamen, quibus requiritur, etiam præcedentibus nullis indicijs, infr. q. 64. verſ. nunquid bãnitus & q.24. verſ. fin. ſuſpicio autem, qualiter apud Romanos eliſa fuerit etiam urgens, uid. Cic. in oratione pro Sexto Roſcio, loquentem de Tito Clælio in eius cubili, vbi duo tantum eius filij cũ eo erãt; nec patebat aditus ad cubile, ait, Nomina filiorũ de parricidio dilata ſunt quid poſteà? erat ſanè ſuſpitioium neutrum ſenſiſſe: erat porrò nemo, in quem ea ſuſpitio conueniret: Tamen cum planũ Iudicib eſſet factum aperto hoſtio dormientes eos repertos eſſe, iudicio abſoluti adoleſcentes, & ſuſpicion. omni liberati ſũt. Nemo enim putabat quẽquam eſſe, qui cũ omnia diuina, atque humana iura, ſcelere nephario polluiſſet, ſomnum capere potuiſſet, & reperi ex poſt Menoch. tale indicium innocẽtiæ deduxiſſe, vt ſup tract. de præſũ. lib. 5. præſ. 8. n. 13. *Drog.*

l *Ad an. formandam.*] Quæ indicia requirantur pro inquiſitione formãda, Farin d. q.36. num. 52. *Roſ.*

m *Præcedant legitima indicia.*] Adde etiam in cauſa Hæreſis iſtud procedere ſecundùm Crauettam in conſilio 262.
*7 in principio, qui ſubiungit, quod † crimen probari oportet clarè, purè, & ſpecificè, certo, & limitato modo, non etiam



in genere. Ratio eſt, inquit ipſe, quia alias poteſtas defendendi auferretur reo inquiſito, vel accuſato: alia quędam in materia hæræſis ibidẽ habes, videto. *Giach.*

n *Et hanc concluſionẽ quod Inquiſito.*] Adde in propoſito infr. quæſt. 21. verſ. Scias tamen, ad fi. d. q. 64. verſic. Præterea debet, vbi habetur, quòd Iudex non debet procedere ad torturam niſi delictum ſit tale quod mereatur pænam corporis, licèt vſus contrariũ obtineat, & verſiculo ſed nunquid Bannitus ibi, cum Inquiſitio, & bannum non valeant, q. 45. verſicul. debet autẽ Iudex ſup. q. 5. verſ. Poterit igitur, Capy. deciſ. 143. num. 8. ad fin. & inquantum ſubdit, quòd attenta tali corruptela; adde hoc idem confirmari per ea, quæ dixit infr. q. 21. verſ. Scias tamen, in fin. q. 44 verſ. quæro quando, ad fin. At omni in caſu ſi non adſint indicia ſufficiẽtia ad tranſmittendũ Inquiſitionem, poteſt procedi per præcepta pęnalia modo, quo infra q. 31. verſ. Item quæro in principio, vide ſupra ad q. primam, verſ. primo, vbi dixi. *Drogh.*

o *Sed quę ſint iſta.*]
6 Adde, quæ ſint legitima indicia ad formandam inquiſitionem, remittitur arbitrio Iudicis, vt per Menoch. in tractat. de præſumpt. lib. 1. q. 44. nnm. 9. *Baiard.*

p *Et ideò.*] Cartar. de execut. ſent. c. fin. num. 67. *Roſ.*

q *De iure verum.*] Cum Claro tenet Rol. à Valle, conſ. 57. num. 23. in 4. volum. & ibi per totum conſilium latius de hoc articulo. *Roſ.*

r *Nunquam enim reo præſenti.*) Supra quęſt. 9. verſ. Succeſſiuè quæro, vbi dat formam interrogandi. *Drogh.*

ſ *Nam ad capturam ſufficit.*) Vide tamen infra q. 28. in princ. vbi dixit Iudicẽ illegitimè carcerantem teneri in ſyndicatu infr. q. 21. verſ. Aſſertio vulnerati. ibi. eſt etiam tale dictum. *Drog.*

t *Ad torturam.*) Sed an, & quando vnum indicium ſufficiat ad torquendum, an verò plura requirantur, vide per pract. Carrer. pag. 80. ſub num. 109. Item quę ſint indicia ſufficiẽtia ad torturã per Campeg. tract. de teſtib. reg. 365. & per Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 270. Vbi etiam de eorum diuiſione multa notatu digna habes. Et quando per torturam purgata cenſeantur, omnia remittuntur arbitrio iudicis per eundem, de arb. iud. caſ. 273. *Giach.*

*Ad torturam.*) Farin. ſup. n. 52. & fol. ſeq. *Roſ.*

*Ad torturam etiam.*)
6 Adde † Men. in tract. de præſumpt. lib. 1. q. 89. vbi accumulauit quadraginta tria indicia, quæ ſecundum eum ſunt ſufficientia ad torturam; & ipſe etiam tenuit in caſu 270. de arbitr. iud. quod. remittitur arbitrio iud. Vide etiam Maſcard. de probat. concluſ. 1385. & quæ poſui infra quæſt. 64. ver. dixi quoque, ibi, non poteſt dari.

7 Item adde, aſſeuerans mortẽ alicuius ante veriſimilẽ notitiam, eſſe conſcius præſumitur alicuius conſpirationis factæ in mortẽ, Rip. in reſponſ. 7. nu. 3. & Menoc. de præſump. lib... c. 37. num. 1.

8 Item adde † notabilem caſum, ſi alicui ſcriptum fuerit, aduertat, ne capiatur, nam aliqui teſtes depoſuerunt ſe tale delictũ occultum feciſſe, & ille recipiat litteras, & illas legat, nihil dicat, non ſe excuſando quod de tali delicto eſt innocens, an talis receptio cum taciturnitate faciat contra eum indiciũ ad torturã. Hanc quæſt. tractauit Marſ. in pract. crim. §. diligenter. num. 136. cũ ſeq. vbi dicit cogitandũ eſſe: ego autem arbitror, quod forſan faceret indicium ad torquendũ concurrẽtibus aliquibus adminiculis, ſiue coniecturis, & quod poſt receptionem dictarum litterarum aliquo modo latitate cæpiſſet. *Baiard.*

u *Ad condemnandũ verò*] Adde, quod indi-
9 cia † indubitata ſunt demon-

*ſitiones, prout facere conſueuiſſe officiales Montisferrati dicit Pract. Pap. in forma inquiſit. in verbo, Fama publica, num. 2. Et Senatus grauiter reprehendit Capitaneum Vicomercati ex eo, quod nõ præcedentibus legitimis indicijs formaſſet inquiſitionem cõtra quoſdam de Vertemate, 11. Decemb. 1532. C.C. Meritò igitur inquiſitio taliter formata, cum omnibus exinde ſecutis, eſt nulla. Et ita Doct. intrepidè tenent, vt atteſtatur Grat. conſ. 57. poſt. nu. 11. lib. 2. [n] Et hanc concluſionem, quod inquiſitio, non præcedente diffamatioue, & non ſumptis informationibus ſuper ea, eſt nulla, totus Mundus ſequitur, vt dicit Catus inter conſilia criminalia diuerſorum conſ. 99. num. 1. lib. 1. vbi etiã num. 3. dicit, quod hæc concluſio eſt valde trita, & conſulentes omnes illam affirmant. Sed [o] quæ ſint iſta legitima indicia, Doctores in ſpecie non exprimunt: & quidem (ſecundum aliquos) non deberent iudice procedere ad tranſmiſſionem alicuius inquiſitionis, niſi delictum eſſet contra reum taliter probatum, quod ſuper eo eſſet etiam torqueri. Vſus tamen contrarium obtinuit: nam iudices valde prõpti ſunt ad huiuſmodi inquiſitiones formandas, etiamſi non ſubſint indicia legitimè probat: quos appellat malos aſſeſſores, & proteruos, & ignorantes iuris Vili. de malef. in titul. de liqt. nume. 8. ſubdens, quod tales non ſunt iudices, ſed potius canes nuncupari merentur. Nihilominus attenta hac generali conſuetudine, vel potius corruptela, poterit fieri colluſio, quod ex vehementi ſuſpicione, quæ contra reum ex probabilibus argumentis reſultet, poterit contra eum formari inquiſitio, licet talia indicia, non ſint talia, aut aliter probat, quod ſuper eis eſſet reus torqueri. [p] Et ideò licet Boſſ. in titul. de inquiſ. numer. 61. quod ad formandam inquiſitionem ſufficiunt indicia leuia, puta, diffamatio delicti. Et ſubdit, quod ita ſeruatur: quod tamen ego non puto [q] de iure verum, niſi vt dixi ſupra verſ. ad inquirendum. Hæc autem, quæ dixi in propoſito formãdæ inquiſitionis, intelligo, vt etiam procedant in examine ſine interrogationibus, quæ fiunt reo præſenti, in locis, in quibus quando reus eſt in carceribus, non ſolet formari aliqua inquiſitio, prout ſeruatur in hoc Ducatu. [r] Nunquam enim reo præſenti leguntur capitula, neque inquiſitio, ſed examinatur reus ſuper delicto. Dico igitur, quod ſicut non poteſt contra abſentem tranſmitti inquiſitio, niſi præcedentibut indicijs legitimis, ita etiam non debet iudex interrogare, ſiue examinare aliquem præſentem ſuper crimine, & ſic facere, vt eius nomen recipiatur inter reos: niſi precedant talia indicia, quę ſufficerent ad formandam inquiſitionem, vbi reus eſſet abſens. Ceterum vbi indicia ad formãdam inquiſitionem videntur iudici debilia, apud nos ſeruatur, quod iudex iubet reum detineri: [ſ] nam ad capturam ſufficit quæcunque informatio, vt dixi infra quęſt. 28. circa princip. Et ſucceſſiue vbi reus non inuenitur, fit de hoc relatio apud acta, quo caſu dicitur conſtare de eius fuga, quę quidem fuga proculdubio iuncta cum alijs præexiſtentibus indicijs ſufficit ad tranſmittendam reo inquiſitionem, iuxta ea, quę dixi infra quęſt. prox. verſ. Fuga delinquentis & eſt, iudicio meo, ſatis bona practica.*

*Ad [t] torturam etiam, quæ indicia ſufficiant, non poteſt dari certa doctrina, ſed pariter relinquitur arbitrio iudicis, vt dixi infra quæſtion. 64. verſicul. Dixi quoque. Poteris tamen videre aliqua exempla infra quæſtion. prox. Sufficit autem minus quam ſemiplena probatio, ſecundum Gloſſ. in dict. leg. cum probntion. de qua dixi ſupra, circa princip. quæſtionis.*

5 *Ad [u] condemnandum verò grauiſſima indicia requiruntur, & (vt DD. appellant) indubitata, prout poteſt poni exemplum infra quæſtion.*